



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Rigor Moderatus Doctrinæ Pontificiæ Circa Usuras A SS.  
D. N. Benedicto XIV. Per Epistolam Encyclicam Episcopis  
Italiæ Traditus**

Specimina exhibens Moderationis Pontificiæ, à P. Daniele Concina violatæ

**Zech, Franz Xaver**

**Ingolstadii, 1749**

Approbatio Theologica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63772](#)

## APPROBATIO THEOLOGICA.

**P**ergit Clarissimus Auctor in hac altera Dissertatione de Usuris & sapientissimam Pontificii Rigoris, Moderationisque conjunctionem uberioris ostendere, & Academiam hanc ab irrogata sibi injurya vindicare, unde vindicias istiusmodi, quocunque forum examinet, non solum licitas pronunciabit, sed mirabitur, acumen cum habeant ingenii, & doctrinæ, quo ferire possint validissimè, attamen offendere nullibi, neque in Fidei, morumque dogmata, neque in sanctæ Charitatis, aut modestiæ religiosæ præceptiones, neque adeo in ipsum, quem sibi præstituere videntur, adversarium, cuius incusationes minimè ferendas ita retundunt, ut tamen inculpatæ tutela modera men ad amissim observatum ubique appareat, imò, eum Eximus Auctor in conscribendis de materia usurarum lucubrationibus non alium sibi præfixerit scopum, metamque, quam, ut violatam Academiam nostram famam redintegreret, ac estimationem, Summaque Sedis doctrinam huic propriam facere allaboret, ex utroque sanè fas erit, illud accommodari Prophetæ, *Clypeum & gla-  
leam suspenderunt in te pro ornato tuo. Ezech. 27. v. 10.* Quocirca nomine Saerz Facultatis Theologicæ Dissertationem hanc dignissimam judico, ut ad singularem legentium utilitatem, & insignem Auctoris commendationem lucem aspiciat, typisque mandetur.

Joannes Josephus Antonius Hertel, SS. Theolog.  
Doct. Sereniss. Elect. Bavar. & Reverendiss ac  
Celsiss. S. R. I. Princ. & Episc. Eystett. Consiliar.  
Almæ & Cathol. Universit. Ingolstad. Pro-Can-  
cellarius, & S. Script. Professor Ordinar. Insignis  
Ecc. Colleg. ad B. Virg. Monachii Can. ad D.  
Maurit. Ingolstadii Parochus & Facult. Theol.  
p. t. Decanus.

---

## APPROBATIO JURIDICA.

**P**rasens Dissertation, seu *Rigor moderatus Doctrina Pontificia circa usuras, solidissimis Rationibus suffulta, & præstantissimorum Interpretum auctoritate munita*, sicut intricatissimas Materiæ suæ, difficultissimæque Quæstiones, maximo labore & felicissima dexteritate fundamentaliter resolvit; ita dignissima est, ut ad plurimorum utilitatem, & perennem celebratissimi sui auctoris gloriam luce publica fruatur, ita censer

Hermannus Ant. de Chlingensperg in Schönhofen, &  
Trachenfels &c. SS. Electorum Bavar. & Palatini Consil. Act. ac respectivè Dapifer &c. Juris Patrii, Feud. & Prax. Profess. Ord. Præfect. in Stamb. & Oetting, ac p. t. Facult. Jurid. Decanus.

DIS.